Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

, 78.

Cod. CCXXIX.

Chartac: 4. Sæcul: 13^{i}. 2 7.2.

1.

S. Hieronymi sermo de assumptione B: V: M: 1a–5a

S. Hieronymi sermo ad Paulam, et Eustochium de assumptione B: V: Marie; incipit: Cogitis me o paula et Eustochium. ymo caritas Xti me compellit. Extat inter opp. S. Hieron. Paris: 1706. T. V. col: 82. ibique a Martianaeo supposititicius accensetur. Si divinare licet, dicit idem in prævia censura, suspicor esse Sophronii, quem in catalogo scriptorum testatur scil: Hieronymus: fuisse virum apprime doctum, sed græcum. In codice nostro vix sexta pars sermonis continetur.

Sophronius.

2.

S. Andrea apostolo passio per Presbyteros Achaja scripta. 12a–18a

S. Andreæ Apost: passio, per Presbyteros et Diaconos ecclesiarum Achaja scripta. Incipit: Passionem S. Andree apostoli, quam oculis nostris vidimus. Eandem meminit Baronius in Annal: eccles: ad annum 69. §. 27. eamque ex Aloysio dedit Surius 30 Nov.

3.

Simonis de Tissnow tract: qua4 Husitarum articulos. 37a–44a

Simonis de Tissnow tractatus contra quatuor Husitarum articulos. Scriptus est in modum epistolæ ad nobiles regni Bohemiæ hæreticorum fautores, ab authore, uti videtur, Bohemico. Initium illius est: Magnificentissimis ac nobilissimis dominis Baronibus Ulrico de Rozenberg, Czenkoni de Wartenberg alias de Wesels, Ulrico de Grecz

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

, 79.

" hyńconi Krusyina de lychtenburk, et henrico Ber,
" ka de duba. Prudentibus Johanni de knye,
" zewsy, Lyderzoni de Radcowicz, Pawliconi
" johanni charwath civibus majoris et noveci,
" vitatum pragensis. Famosis Johanni Zizka,
" Zbiriconi de Buchowa, johanni de Amylkow,
" Nicolao de Zarchow, Milote de Rockdanczke,
" Onsloni de Niecowecz et henrico de Bohary,
" nye clientibus circumspectis Franczoni de
" Rozetal, Waczkoni de Zaiz, Mathiepraczek
" de Grecz super albea, et petro de hostitz de
" Gurym civibus civitatum electis in concilio
" Zarlawiensi per predictum generale concili,
" um capitaneis et dispensatoribus regni
" Bohemie quidam vilissimus et abjectissi,
" mus Sacerdotum. Salus et pax Vtri et Suc
" ccclesie sit cum omnibus vobis. Ad honorem
" dei omnipotentis pro incremento ac conserva,
" cione fidei orthodoxe, et pro labe predic,
" tam fidem in regno Bohemie et Marchiona,
" tu Moravie inficiente expurgande motus
" conscientia intendo vestras dominaciones
" cum omni timore et reverencia paucis dicq,
" tis adhortari" &c.

III Y I

Authorem esse Simonem de Tisnow, Tus fno,
witz Thurnicz, et de Tysl, me docuit Dem:
Pez in Thesaur: Anecd: T. IV. in Dissert: Isagog:
p: 15. Erat ao 1409 Decanus Facult: art: Pra,
gensis et precipuus Husii defensor, quem
Stephanus Prior Dolanensis, et Olomucensis
libro suo epistolari eo adegit, ut ad Catho,
licorum partes rediret, et contra Husii,
tas praesentem tractatum conscriberet.
Plura de illo Balbinus in Bohem: docta edit.
Ung: parte II. p. 187.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

, 80.

4

Acta S. Sylvestri I. Pp.

688–761

Constantini M. baptismo

Acta S. Sylvestri I. Pp. Incipiunt: "Constantinus Imperator monarchiam tenens cum plurimas strages martyrum dedisset." Narratur in iis Constantini M. a lepra mundati baptismus, et Sylvestri Papae obitus. Totum videtur esse fragmentum Actorum antiquorum S. Sylvestri, de quibus loquitur Baronius ad annum 324. num. 83. Longe autem diversa sunt postea ab iis quae exhibet Surius 31 Decembris. De veritate, vel falsitate horum actorum, qui plura cupit adeat Baronium loco cit. Sever. Binii Concil. general. T. I. pag. 263 in nota e, quae recudit Coletus in Concil. T. I. col. 1442. Math. Fuhrmanni Hist. sacr. de baptismo Constantini. Norisium T. IV. opp. pag. 630. Th. M. Mamachii Orig. et Antigg. Christ. T. II. pag. 232. et Natal. Alexandri Hist. eccles. Sec. IV. dissertat. XXIII.

Reliqua in hoc volumine contenta sunt SS. Patrum homilia mutila, quantumvis nimirum de iis in horis canonicis legi soleat, sermonum fragmenta, notandina theologica, moralia, canonica, chronologica, alia, absque ordine, ut quadrata rotundis mista, et maximam partem mutila, in quibus nil mentione dignum deprehendi.

77a–231a

Sermones varii.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27580

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)